



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris  
Theologi Architectvra Christiana**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1653**

2. Columna Virtus. Quæ spectanda sint in Colu[m]na qualibet: & quænam  
In virtute vt symbolicè Colu[m]na dicatur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)

## ARTICULUS II.

## COLUMNNA VIRTUS

*Quæspectanda sint in Columna qualibet; & quæ-nam in virtutu,  
ut symbolice Columna dicatur.*

**I**N Columnis singulis hæc attendi debent. *Primum*,  
materia, quæ initio fuit lignum, deinde lapis, marmor,  
æs, argentum: in divino Codice sunt præterea, ignis, no-  
bes, fumus. *Secundum*, partes integrantes, quas ad tres re-  
duco, confusionis vitandæ gratia. *Prima* est *Basis* col-  
umnæ, sub quo nomine comprehenditur *sepulchrum*  
*suλιβάτης, τπέγα*. *Secunda* est *Scapus*, pars illa, quæ perpen-  
diculariter basi insistit. Italis dicitur corpus columnæ.  
*Tertia* tandem *Epistylium*, capitulum, vel catellum, quod  
scapo imponitur: cui adjungi solent volutæ, torques,  
Zophori, encarpæ, similiaque emblemata. *Tertium* vero  
consideranda est forma, quæ diversa est, uti & Colum-  
narum genera. Quæ Vitruvius tria facit, *Doricum*, *Cori-  
thicum*, *Ionicum*: alii *Tusculanicum*, & *Italicum* addunt, ut  
sint genera quinque. *Quartum* denique, quod spectat  
debet in Columnâ, est *Figura*, & certa conformatio. Si-  
quidem, aliæ sunt rotundæ, aliæ planæ: aliæ striatae, ut  
sunt in hac basilicâ, quæ cavitates illas modicas seu liras  
habent: aliæ ex uno aliquo saxo, quales nullæ hujus tem-  
pli, si columellas illas, sive clatros, ante choros penile  
excipias: denique, aliæ sunt structiles, è pluribus sa-  
constructæ, opere cæmentitio, lateritio, aut lapideo.

Ut hæc autem Virtutibus applicentur, Præmitti  
quod observant Philosophi in præambulis ad Legican-  
dum

dum quærunt, an Logica sit simul practica & speculativa? ac Theologi prima Par. q. 1. art 6. dum disputant, utrum Theologiæ utrumque conveniat? Docui autem ego utroque loco, eandem scientiam esse simul practicam & speculativam: nam etiam si ex videantur oppositæ specie differentiæ in aliis quibusdam, tamen in dictis scientiis, præsertim in Theologica conjunguntur absq; ullo incommodo. Siquidem quæ disparata sunt in inferioribus ac dispersa, uniuntur in superioribus. Ita, cum sensus quilibet corporis exterior non possit nisi unum aliquod objectum percipere, sensus communis interior, eo quæ superior de omnibus sensuum exterrorum objectis judicat. Sic cum homo unum aliquod objectum, specie unica, Angelus plurima intelligit per unicam. Simile quid in re nostra contingit. Licet enim in Architecatura vulgari, quod est fundamentum, aut paries, non sit Columna: & quod est paries, non sit tectum, quod est fenestra, non habeat rationem portæ, & multo minus sit aula, vel conclave; tamen in Architecatura sacra, in qua virtutes sunt ædificii spiritualis partes, ob eminentiam quandam illius disciplinæ, & varias perfectiones in una Virtute contentas, seu delitescentes, Virtus una eademque potest dici fundamentum, columnæ, aula, paries, ut in harum commentatione num progressu palam fiet.

(\* \*)

\*\*\* (o) \*\*\*

Dd

ART 2<sup>o</sup>